



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

D[e] indispositione Romanae curiae Cap. 19

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

tum sanctū nō illuminatur ad veritatem. Ergo sequitur eorum impugnatio veritatis, dum Apostolus subdit: Quemadmodum Iannes & Mambres qui fuerunt magi Pharaonis, resistenterunt Moysi, ita & isti scilicet mundani sapientes resistunt veritati, homines corrupti mēte, reprobi circa fidē, sed ultra nō proficient, insipientia enī eorū manifesta erit omnibus scilicet veritatem inuestigātibus. Prædictam corrupēdā scripturā libidinē, à doctōribus scholasticis vītatā iā ferme trecētis vel pluribus annis, quibus hactenus quintus status durauit, patitur ecclesia, suo damno incōparabili.

XV § Rursus illi peruersi doctores sunt mixti, ac etiam magni Antichristi præcursores. Idem nāq; apostolus inquit: Antichristi aduētus erit secūdum operationem Satanæ in signis mendacibus & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperūt, vt salui fierent: ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credāt mendacio, vt iudicētur omnes qui nō crediderunt veritati, sed consenserūt iniquitati. De eisdem inquā Christus apud Birgittam ait: Nunc acquirūt sapiētiā mūdi, sapiētiā autem meam fatuitatem esse dicūt. mādata mea sunt eis onerosa, & exemplū difficile ad imitandum: talis est nūc maledictus eorū clamor in auribus meis. Beata quoq; Maria ad Christum dominum nostrum loquitur talia: Homo si vellet, facile intelligeret ex temporalī iustitia, quæ punit excessus hominum, qualiter immortalis iustitia punit animas immortales. Sed quia oculos flectit ad mūdum, & affectū flectit ad delectationes carnales: ideo sicut bubo sequit noctē & fugit diē, ita homo sequit bona fugitiua, oditq; permāsura.

XVI § Hinc saluator ita dicit: Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundū, & dilexerūt homines magis tenebras quā lucē, erant enī mala eorum opera: omnis autem qui male agit, odit lucem, & nō venit ad lucem vt nō arguatur opera eius. Et infra: Qui autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux huius mūdi videt: si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Sed hodie homo, cui datum est sursum respicere, quasi brutum ad inferiora inclinatur, & quasi araneorum texit telam. Idcirco sicut gramen ad modicum tempus floret, sed quasi scenum cito cadet. Nam licet altissimus os homini sublimē dederit, cœlūq; videre: tamen cū homo in honore esset, nō intellexit, ideo cōparat iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ergo ecclesia in suis membris periclitatur, ruinaq; minatur.

¶ De indispositione Romanæ curiæ. Cap. XIX.

Militanti itaq; ecclesiæ imminet plaga diuinæ iræ cum ob clementiorum, tum etiā ob laicorū cæcitatem & malitiā. De qua nōnullas ex diuersis autorib; reprehēiones excerpti, quas syncera fide honoꝝ zelo subinforo: quoniam non est tacendum super iniquitate Babylonis: Neminem tamē speciali nota carpere intēdo. Incipio itaq; à Romana ecclesia, quæ est caput ac mater & magistra omniū aliāꝝ ecclesiāꝝ.

I § Sicut enī Petrus fuit principalis apostolorum, ita ecclesia, ipsi nomine consecrata, prima est & caput cæterarū, maxime occidentalīū: voce quippe saluatoris dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, ipse à domino nuncupatus Petrus, comprobatur esse primus lapis supra petram ecclesiæ positus, fratres etiam suos imbecilles confirmaturus: Qui & primum ty pice populo Christiano, claudo ex matris suæ vtero, pedes curat, vt iam consolidatus possit supra petrā, id est, Christum stare, securusq; in nauicula Petri, id est, in ecclesia incedere. Hinc Petri successor primatū obtinuit ex plurimū cōcilioꝝ decretis. Et sicut Romanus imperator est caput mūdi seculare, sic Romanus pōstifex censetur caput omnium ecclesiarum. Dignitate igitur & autoritate est prima apostoli Petri sedes Romana ecclesia, non habens maculam, neque rugam, neq; aliquid eiusmodi. Extra quam solus non habetur: quoniam præ cæteris obtinere debet zelum Christianæ religionis: siquidem à recta fide, & à tramite apostolicæ traditionis, per dei gratiā, nūquam errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauanda succubuit. Gerson Parisiensis narrat, quando status papalis à Christo

2. Timo. 3
Exodi. 7. 8.

2. Thess. 2

Bir. ext. 83

6. Birgit. 48

Iohan. 3.

Iohan. 11

6. Bir. 45

Ouidius
Psal. 78.

Hiere. 50

Dist. 11. c. vi.

Bodoricus

Zōno spec.

quā vi. li. 2. c

1. di. 12. c. 1. 3

q. 6. dudum

Matt. 6

Dist. 21. quīs

Matth. 3. &

Iohan. 1.

Luc. 22

Acto. 3

Dist. 96. Cō

stantinus.

24. q. 1. q. 2. &

c. q. cūq; & c.

officij. & c. à

recta fide cū

capitul. seq.

et. eo. §. 8. &
c. 15. §. 47
c. 14. §. 14
c. 19. §. 14.

c. 17. §. 14
c. 52. §. 2

c. 15. §. 14.
eo. §. 1. &
c. 34. §. 7.

c. 14. §. 15.
c. 26. in
prin.

c. 23. §. 15.
in fi. & c. ca.
26. §. 11

c. 43. §. 6
c. 39. §. 7

c. 29. §. 15.
in fi.

c. 19. §. 1.
& c. eod. §. 3

c. 20. §. 1

c. 8. §. 2.
& c. eo. §. 11.
in fi.

c. 45. §. 7.



DE INDISPOSITIONE ROMANÆ CVRIÆ.

Gerson de fratrib⁹ eccle-
fiasticis
Contra Lu-
ther⁹ & suos
Pfal^m. 8
1. Cor. 15
Sapⁱ. 11
Tho. 1. par.
9. q. 5. ar. 6
Tho. 112. q.
96. art. 5.

Christo immediate institutus est, tanq̄ primatum monach⁹ habens in ecclesia
ftica Hierarchia, Christus em̄ suum successorem instituisse censet, Petru^m super ali-
os Apostolos, vt in eo esset ecclesiasticę potestatis plenitudo. Nā absq; medio sub
cœlesti hierarchia ordinatus est status Papæ vicarij Christi, qui vt filius hois pau-
lominus ab angelis diminutus est. Reliqua deinceps ecclesiæ mēbra ordinata sunt,
vnumquodq; in ordine & decore, pro vtilitate honestatēq; totius Christianę rei-
publicæ: siquidem deus om̄ia in mensura, numero & pondere disposuit.

II § Enimvero quicquid ecclesia Romana statuit vel ordinat, ab omni-
bus est obseruandum. Et qui Apostolicis voluerit contraire decretis, exors fiet à
sancto ministerio. Sed & si summus pontifex superiorem, vel etiam æqualem in
his terris non recognoscens, lege positua est solutus; legi autem diuinæ & natu-
rali est obnoxius. Imò ipsum secundum legem suam, & suorum prædecessorum
viuere, honorificum est: quoniã sua potestate vti debet in ædificationem, non in
destructionem ecclesiæ. Siquidem nihil tam proprium imperij est, quàm legibus
viuere. Vnde Imperator ait: licet legibus soluti sumus, attamen legibus viuimus.

Et alibi: Digna vox est, maiestatem regnantis legibus alligatū se principem pro-
fiteri, adeo de autoritate iuris, principis pendet autoritas. Decreta itaq; sancto-
rum Canonum, & concilioꝝ neminem magis q̄ Apostolicum seruare oportet.
Sicut enim Christus, qui legem dedit, eam non dissoluit, sed impleuit, sic pontifi-
ces decet suos custodire Canones.

III § Porro si Christus super alios Apostolos Petrum, & forte eiusdem
Petri successores super alios sacerdotes præposuerit, quemadmodum proditur in
dialogo Catha. Senen. tamen hoc fecit ob Petri præcipuam fidem, humilitatem,
& charitatem. Ideo successoribus pontificibus, nisi essent eiusmodi, talem præmi-
nentiam non præsumitur attribuisse, neq; super eos ædificasse suam ecclesiã vni-
uersalem, quæ simpliciter pendet à Christo, qui est angularis lapis & fundamen-
tum ipsius ecclesiæ. Quid quod Papa incedit deauratus, gemmatus, vario ornatu
decoratus, milite stipatus, equo albo vectus, aut à ministris in altum portatus.
Hæc sunt magis dæmonum quàm ouium pascua, vbi non est pastus ouium, sed fa-
stus hominum, ibi non Petro, sed Constantino succeditur. Nam illius quiuis est
vicarius, cuius vicem gerit, & quem in moribus sequitur. Hieronymus nempe ait:
Non est facile stare in loco Petri & Pauli, ac tenere cathedram regnantium cum
Christo, quia hinc dicitur: Non sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum,
sed qui exercent opera eorum. Qui bene federit super cathedram, honorem facit
cathedræ. Qui male federit, iniuriam facit cathedræ. Non enim locus pontificij,
sed vita & mores sanctum faciunt pontificem.

III § Verum quidem ecclesia à spiritu sancto regitur, sed eius rectores
tanquàm homines fragiles, quandoq; à spiritu maligno exagitant. Ita Papa libe-
rius Arrianæ hæresi consensit. Ita foemina Agnes, quæ vltra biennium papatu^m oc-
cupauit, impregnatur, ac palam peperit prolem. Vnde non om̄is papa est factus,
sed aliquando ceu reprobatus punitur. Exemplo est Anastasius secundus natione
Romanus. Pluries quoq; in Canonibus reperiunt pontificum facta esse correctã,
tanquã iniqua. Alioquin Iulij tertij acerbitates essent sanctæ. At si Papa suæ, & fra-
ternæ salutis oblitus, tyrannus esse deprehenditur, aut inũtilis, & remissus in suis
operibus, à bono in super taciturnus, officit sibi & om̄ibus: quoniam salus omniũ
ex ip̄o dependet, similiter & eius peruersitas in damnationem plurium cedit. Ideo
peruersus Papa sine spe veniæ condemnandus est, vt diabolus. At si omnium pon-
tificum sancita essent inuolabilia veluti euangelia, certe sedes Apostolica huius-
modi pontificum sancita (prout sæpe contingit) non eneruaret, neque commuta-
ret, neq; vnus papa alterius sui legitimi antecessoris decreta vel indulta reuoca-
ret neq; infirmaret. Alioquin Christus (cuius personam vterq; papa successiue ge-
rere gessit) esset diuisus. Ad hoc optime sacra scriptura affirmat Paulũ primo pa-
pæ Petro reprehensibili in faciem restitisse.

V § Nimirum ecclesiastica modo sublimitas multiphariam est lacerata,
hoc in Apocalypsi ostenditur in apertione sexti sigilli, id est, moderni nostri t^{em}pis.
Quòdo

§. c. 15. §. 22.
§. c. 17. §. 8.
& .j. ca. 20.
in prin.
j. c. 31. §. 1
Dist. 19. em̄-
uero, & cap.
nulli
j. c. 21. §. 12
C. de testat.
3. institut. q.
mo. testa. in
fir. §. fi.
j. c. 25. §. 2
§. eo. §. 1
§. c. 18. §. 7.
& .j. c. 49. §.
15.
§. c. 15. §. 37.
& .j. c. 20. §. 1
Rodoricus
Zamor. li. 2
spe. hu. vi. c.
12.
j. c. 58. §. 9
§. c. 17. §. 19
Exm. 15. art.
si sylæster.
29. de q̄ An-
tho. 2. part.
hi. ti. 16. ca. 1
§. 18.
§. c. 17. §. 25
in fine
§. c. 15. §. 34.
j. c. 39. §. 6 &
j. c. 24. §. 9
§. c. 15. §. 35.
§. c. 15. §. 35.
in fine
§. c. 18. §. 8.
& .j. eo. §. 12
§. ca. 18. §. 6

& j. c. 21. §. 9
 §. c. 15. §. 45
 & j. c. 32. §. 12
 j. c. 42. §. 6.
 §. c. 14. §. 14
 & §. c. 18. §. 12
 & j. c. 10. §. 12
 §. c. 14. §. 14
 j. c. 25. §. 10.
 §. c. 14. §. 8.
 & j. c. 10. §. 7.
 & j. c. 27. §. 1.
 28. §. 8
 §. c. 12. i pr.
 j. c. 27. §. 1.
 in prin.
 j. c. 23. §. 1
 §. c. 13. §. 8
 & j. c. 45. §. 10.
 §. c. 4. §. 6.
 §. c. 15. §. 26
 & j. c. 24. §. 7.
 j. c. 10. §. 7.
 j. c. 28. §. 10.
 §. c. 10. §. 6 &
 j. c. 10. §. 8. &
 j. c. 34. §. 4.
 §. c. 12. in fi.
 §. c. 16. §. 6
 & j. c. 28. §. 12.
 j. c. 10. §. 9
 §. c. 10. §. 6 &
 j. c. 49. §. 15.
 in prin.
 j. c. 25. §. 11.
 Di. 39. diaco
 ni. §. nūc āt.
 & j. c. 10. §. 13
 j. c. 23. §. 10.
 §. c. 10. §. 7 &
 j. c. 21. §. 15.
 §. c. 15. §. 34
 & j. c. 24. §. 4.
 §. c. 10. §. 1.
 & j. c. 10. §. 20
 j. c. 23. §. 9

Quando sol, qui est spiritualis potentatus, factus est niger quia non serenus in celo
 lum, sed tetrum infernum aperit, propterea peruersus pontifex nuncupatur an-
 gelus abyssi. Et luna, id est, potestas secularis, est sicut sanguis, cōtra ecclesiam ty-
 rannizādo. Et stellæ, id est, prælati, qui in ecclesia lucere debent, de celo, hoc
 est, de celesti cōuersatione ceciderūt sup̄ terram, sequendo terrenā cupiditatem
 Exin torius ecclesiæ causatur occasus.

VI § Inprimis sedes bestiarum, id est, ecclesiæ peruersæ, est in curia Romana,
 cuius regnum est tenebrosus. Nam de Hierosolyma, in typo Romanæ ecclesiæ
 legit. Quia rex Iuda, id est, princeps ecclesiæ, fecit abominatiōes pessimas; pro-
 pterea dicit dominus: Ecce ego inducam mala super Hierusalem, & delebo eam,
 sicut deleri solent tabulæ. Ob hanc rem noluit deus propitiari. Item cum sancta
 ciuitas habitaretur in omni pace, & leges custodirentur, propter pontificis dis-
 positionem, & pietatem, ac propter animos odio habentes mala, fiebat ut ipsi re-
 ges & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis
 muneribus illustrarent. Postquam autem sacerdotes non circa altaris officia de-
 diti fuerunt, sed contempto templo, & sacrificijs neglectis, festinarūt participes
 fieri palestræ, & patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias opti-
 mas arbitrabantur, quorum gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum
 instituta emulabātur, ac per omnia his cōsimiles esse cupiebāt quos hostes & per-
 emptores habuerunt. In leges vero diuinas impie agere, impune nō cedit, ideo
 propter peccata habitantium per Antiochum ciuitatis Hierusalem exitium fa-
 ctum est, quia pessima & vniuersis grauis erat malorum incurio. Nam templū lu-
 xuria & comestationibus erat plenum & scortantium cū meretricibus, sacratisq;
 ædibus mulieres se vltro ingerbant, introferentes ea quæ nō licebāt. Altare etiā
 plenum erat illicitis quæ legibus prohibebātur, neq; etiā sabbata custodiebātur,
 neq; dies solennes patrij seruabātur.

VII § Ad idem Esaias: Quomodo facta ē meretrix ciuitas fidelis plena iu-
 dicij, iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ, argentum tuum conuersum
 est in scoriam. Item dominus in Hieremia: Clama contra Aquilonem, id est, cō-
 tra ecclesiam Latinam, dicens: Reuertere auersatrix Israel, & nō auertam faciem
 meam à vobis. Et infra: Hierusalem est ciuitas visitationis, omnis calūnia in me-
 dio eius, & frigidam fecit malitiam suam, iniquitas & vastitas audietur in ea cor-
 ram me semper, infirmitas & plaga, igitur erudire ne forte ponam te desertā ter-
 ram inhabitabilem. Et infra: Dabo Hierusalē in acruos harenæ & cubilia draco-
 num, & putrescere faciā multā superbiam eius, dicit dñs. Et alibi: Facta est Hie-
 rusalem quasi polluta menstruis, ideo quasi acruus lapidū erit.

VIII § Heu sicut olim in Romano imperio, sic hodie in Romana curia est
 vorago diuitiarum turpissima, creuit avaritia, perijt lex à sacerdote ac visio de pro-
 pheta, & consilium à senioribus: Clauis ecclesiæ sunt in abusu & seruitute simo-
 niæ & ambitionis. Vitia enim ferme Curialiū celeri, negariq; vix possunt Roma
 quasi gurges flagitiorum. Rursus sicut propheta olim sunt loquuti de Hierusalē,
 sicut Christus apud Birgittam loquitur de Roma inquit: Olim habitauit in Ro-
 ma iustitia & principes eius principes pacis, nunc autem versa est in scoriam, &
 principes eius homicidæ. O si cognosceres dies tuos à Roma, feres utiq; & non
 gauderes. Portæ tuæ sunt sine custodia & desolatæ, quia defensores & custodes
 earum inclinati sunt ad cupiditatem: muri tui dirupti sunt ac depressi, quia iam
 non curant animarum damna, sed clerus & populus, qui sunt muri tui, dispergen-
 tur ad faciendam vtilitatem carnis: vasa tua venduntur, quia sacramēta dei pro-
 pter pecuniam & fauorem mundanum dispensantur. Altaria tua desolata sunt,
 viuum sacrificium & incensum matutinum comburitur in atrio, quia qui cele-
 brant cum vasis, manus habent à charitate dei vacuas, & oculos ad offertorium.
 Et licet deum verum habeant inter manus, cor tamen vacuum est à deo, quia mū-
 danis vanitatibus est repletum. Ideo non egreditur de sancto sanctorum sanctus
 odor suauissimus, id est, desiderium diuinæ fruitionis, vel charitas ad deum &
 proximum, quia tota diuina charitas versa est ad incontinentiam & mundi va-
 nitatem.

j. c. 66. §. 8.
 §. ca. 8. §. 3.
 & §. c. 18. §. 8. & j. c. 11.
 §. 14
 §. ca. 16. §. 1.
 & j. c. 20. §. 7. & j. c. 46.
 §. 12.
 4. Re. 21. 24.
 2. Mach. 3
 §. c. 17. §. 18
 & j. c. 24. §. 5.
 2. Mach. 4.

2. Mach. 6

Esaiæ. 1.

Hiere. 3

Hiere. 6.

§. c. 10. §. 1.

& j. c. 27. in

prin.

Hiere. 9.

Treno. 1

Miche. 1

Ezech. 7

§. c. 15. §. 36

& j. ca. 23. §. 13.

Esaiæ. 1.

3. Birgit. 21.

Ezech. 22

DE INDISPOSITIONE ROMANAE CURIAE.

- nitatem. Offertorium expendit in tabernis, offerentes plus vacant mundo q̄ deo.
4. Bir. 5 IX § Item Petrus Apostolus ad Birgittā: Roma erat ciuitas pugilum, cuius plateæ stratae auro & argento, nunc autē lapides eius saphyri versi sunt in lutum habitatores eius paucissimi, quoz̄ oculus dexter erutus est, dextra manus abscessa, buffonesq̄ & vipere habitāt cum eis: pro quoz̄ veneno animalia mitia non audēt apparere, nec pisces mei eleuare caput. Item Christus apud Birgittam: O Roma, tu mihi pro multis beneficijs malā retributionem rependis: verba & opa mea pro nihilo reputādo, mihiq̄ ac matri meæ & sanctis meis in ioco & serio, in lætitia & ira maledicendo, & contumelias pro gratiæ actione offerendo. Et infra: Nunc igit per vnā viam eis incognitā veniā cum potentia deitatis meæ, vindictā meæ humanitatis contemptoribus inferendo. Hæc reuelatio videt̄ minari Romanæ vrbis exitiū. Item apud eādem: Qualis est dispositio Romanæ curiæ, quæ sedes mea deberet esse: sed puerfa est, in ea supbia pro humilitate, propria voluntas pro obedientia, auaritia pro iustitia, ira & inuidia pro charitate & misericordia, vocari rabbi & doctus, pro diuina sapientia: ideo merito corruet.
4. Bir. 10 De nostra erga deum in gratitudine
- Bir. ext. 51
3. Bir. 10 X § Audi quid vlt̄erius apud Birgittam de Romana ecclesia dicit̄: In dextera parte sanctæ ecclesiæ fundamentum tam vehementer dilapsum est, quod summa testudo plures rupturas habet, dans ex se casus periculosos, ita quod multi de subeuntibus perdunt vitam: plerq̄q̄ columnæ, id est, Cardinales, quæ in altum tendere deberent, vsque ad terram se inclinant. Item Christus de Romano pontifice loquitur, dicens: In papa insignia humilitatis, ita sunt repleta superfluitatibus, diuitijs, & facultatibus, vt ad nihil aliud custodiantur, quā ad supbiam, quia nihil apparet humile, sed tota Christi humilitas in eius vicario conuersa est ad pompam, ac inclinatur ad mundalia.
4. Bir. 49
4. Bir. 142 XI § Rursus ad Papam Christus ait: Cur tantū odis me? quare tāta est audacia & presumptio tua contra me? Nam curia tua mūdana deprædat̄ celestem curiā meā: tu vero superbe spoliās me ouibus meis: bonaq̄ ecclesiastica, q̄ propria mea sunt, & bona subdijoz̄ ecclesiæ meæ indebite extorques, & surripis, & das illa amicis tuis temporalibus. Tu etiā bona rapis, & recipis iniuste à pauperibus meis, & illa das & distribuis indecenter diuitibus tuis. Propter quod nimia est audacia & presumptio tua, eo q̄ tu tam temere intras curiā meā, & nō parcis eis quæ mea propria bona sunt. Et cur facis quod in curia tua residet supbia maxima, cupiditas infatiabilis & luxuria mihi execrabilis ac etiā vorago pessima horribilis simoniæ. Insuper etiā rapis & deprædaris à me innumerabiles animas, nā quasi omnes, qui veniunt ad curiam tuam, mittis in gehennam ignis, ex eo quod non diligenter attendis ea quæ pertinent ad curiam meam: quia tu es prælatus, & pastor ouium meorum: ideo culpa tua est, quod non discrete consideras ea, quæ ad spiritualem salutem earum sunt faciendā, & corrigendā. Veni ergo tu non cum superbia solita, & mundana pompa, sed cum humilitate & ardenti charitate. Et postquā sic veneris, extirpa, euelle, & dissipa omnia vitia de curia tua, remoue etiā à te consilia carnalium & mundanorum amicorum tuorum, & sequere humiliter consilia amicorum meorum, incipe renouare ecclesiam meam, quam ego acquisiui proprio sanguine, & renouetur ac spiritualiter reeducatur ad pristinum statum suum sanctum. Ecce veluti deus olim per Hieremiā, ita hic Christus per modernā prophetissam Birgittam præcipit summo pontifici, quem constituit hodie sup gentem Christianam, & super regna ecclesiæ reformandā.
4. Bir. 142 XII § Quæ quidem necessaria reformatio minimè attenditur, quia (vt in Birgitta habetur) iam nunc magis veneratur lupanar, quā sancta Dei ecclesia. Vnde illud prohdolor diuinum responsum timetur impletum iri, vbi ad principem domus Israel, in typo summi pontificis, dominus deus dicit: Sup faciem terræ cades, q. d. terrenis rebus incumbes, ideo bestijs terræ, & volatilibus cœli, dedi te ad deuorandum, & scient omnes habitatores Aegypti, quia ego dominus pro eo quod fuisi baculus arundineus domui Israel, quando apprehenderunt te manu & confractus es, & lacerasti omnem humerum eorum, & innitentibus eis super te, comminutus es, & dissoluisti omnes renes eorum. Sequitur ex Birgitta: Pa-
6. Bir. 96
- pa qui

pa qui clamare deberet. Venite & inuenietis requiem animarū vestrarū, clamate: Venite & videte me in pompa & ambitione plusq̄ Salomonem: Venite ad curiam meā & exhaurite bursas vestras, & inuenietis perditionē animarū vestrarū. Sic enī clamat exemplo & facto.

XIII § Ecce Roma nunc est vorago & mammon inferni, vbi diabolus totius auaritiæ capitaneus residet, vendens patrimoniū Christi, quod sua passione promeruit, qui nobis precipit, vt gratis demus quod gratis acceperimus. Id modo versum est in proverbium: Curia Romana non petit ouem sine lana. Dantes exaudit, non dantibus ostia claudit. Cōtra dispensationum exorbitatiā Sigismundus Cæsar in Constantiensi concilio obiecit dicēs: Legimus Christū Petro potestatem dūtata relaxandi peccata, nō admittēdi dedisse. Quot & quātā exorbitatiæ cum cōcessione & publicatione apostolicarum indulgētiarū cōmittentur, explicare potest nemo, de quibus supra dixi.

XIII § Quamobrem vehementer præsumēdum est, ac provide est timēdum, propinquā nūc esse ruinam ecclesiæ Latinæ circa dignitatem ecclesiasticā, quoniam debile fundamentum ruinam causat. Vnde columna dei viuētis iam pene videtur nutare, & sagena summi piscatoris scilicet Petri, procellis intumescētibus, cogitur in naufragij profunda submergi. Quod nemo percipit corde, neq; ad p̄dictas reuelationes & auisitationes fit cuiuspiā emēdatio, sed singuli p̄tiffices tam summi q̄ inferiores carnalia sequētes, exhibēt se magismixti Antichristi p̄cursores q̄ veri Christi fideles seruitores.

XV § Ex præmissis itaq; ingens apparet ecclesiæ erumna, à qua absq; ope diuina erui nequit. Tota certe corrueret vbi dei adminiculo nō iuuaretur. Quapropter maxime indiget reformatione, quemadmodum Birgitta exclamat: Ad reformandam ecclesiam & ad reducendum statū pristinum bonum & sanctum, necesse est vt Papa pri^o seipsum, deinde Cardinales & Episcopos, cæterūq; clerū emendet. Alioquin veniet ira dei super ipsum Papam omnesq; clericos tam maiores q̄ minores, qui exentur p̄bendis ac dignitatibus suis cum cōfusione maxima. Reformatio autē nō erit vnus hominis, vt pote Papæ, nec multorū Cardinalium officium, sed totius Christianitatis, imō cunctipotētis dei, qui solus sapit ac valet suam reformare ecclesiam. Quem in spiritu aduenturum expectamus, vt reformet corpus humilitatis nostræ. Nempe huiusmodi reformatio soli reseruatur Christo, qui ecclesiam iam prope dilaceratam refarciet, atq; docebit in secundo suo aduentu, qua die filius hominis reuelabitur, hoc est in sexto præsentis ecclesiæ statu, quē apostolus significauit p̄ opitulationes & gubernationes, quibus ad ecclesiæ reformationem deuenitur. Siquidem ecclesia renouabitur in agnitione dei. Hinc nos obsecrat apostolus, vt diuinæ volūtatī nos cōformemus dicēs: Reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas dei, vt sicut portauimus imaginē terreni p̄ labē peccati, ita portemus imaginem cœlestis p̄ reformationē nostrī. Porro deuiatio nostra vna cū cæteris erroribus transibit, donec Christus proxime vēturus visitauerit ecclesiā. Cuius reformatio nem ad fidelium preces nobis deus apud Catharinam promittit. Pariter & apud Tobiam promittit: Hierusalem ciuitas dei, cōsitere domino & benedic deū seculorum, vt reardificet in te tabernaculum suū. Beati igitur qui ad huiusmodi reformationis cenam vocati puenerint.

XVI § Reformatio vero nō fiet, nisi in aliquo generali & libero candidoq; concilio, vbi spiritui sancto, non maligno, locus ad spirāndum detur. Heu cū formidine coniūctio, nostrum seculum non esse dignum congregatione legitimi cōcilij, in quo, vitijs reprehensis & virtutibus promotis, ecclesia reformatur, adeo errorum illudimur operationibus. Cōcilia profecto debita, raro & segniter celebrantur, vel Romæ seu alibi corā potētibus tractātur, vbi humilibus & fidelibus nō libera est expressio, vt in eis lente corrigantur ea quæ diuinū cultum & Christianam religionē, reformationemq; cōcernūt. Vnde crimina iam diu incorrepta vsq; adeo increuerūt, vt multa modo flagitia reputētur esse licita, sub fictione scilicet longe ac inoleta cōsuetudinīs.

XVII

Mat. 11. in fi.

extrac. sup
metho
§. eo. §. 8. &
j. eo. §. 17
Matt. 10
Matt. 16

Dist. 23. r. 1.

De reformā
da ecclesia.

4. Birgit. 49

Philip. 3.

j. ca. 32. §. 9.
in fi.

Lucæ. 17

j. ca. 62. §. 19.

1. Corint. 12

Coloss. 3

Roma. 12.

1. Corint. 15.

Cath. Scñ. 6

86.

Tobiæ. 13

Apoca. 19

Di. 17. p 10.

DE INDISPOSITIONE ROMANÆ CVRIÆ.

Rodori. Za XVII. § Cæterum de Cardinalibus loquamur, qui sunt papæ collatera-
mo. spe. hu. les: veluti Apostoli fuerunt collaboratores Christi in carne hic degentis: ipsi autē
vi. li. 2. c. 8 tanquā cardines terræ, sunt domini dei, qui posuit super eos orbem, id est, eccle-
1. Regū. 2 siam terrestrem & militantem. Deus enim fecit cardines orbis terræ, vt ostiū eius
Prouer. 8 verteret in istis cardinibus. Circa cardines quidem cœli deus pambulat; sed com-
Iob. 22. & 26 mota sunt superliminaria cardinū à voce cœlestis clamoris, & domus, id est, eccle-
Esa. 6. sia repleta est fumo, sc̄y fœtido. Sig dem populus Israhel, id est Christianus ad car-
Deute. 30 dines cœli iam videt esse dissipatus. Christus nanq; in Birgitta inquit: Cardinales
4. Bir. 49 extenti & effusi sunt ad omnem superbiā, cupiditatem, & delectamentū carnis, vt
Rodori. vbi formidandū sit iam finē adesse, de q̄ deus p̄ Prophetā, ait: Venit finis sup populū
sta. c. 9 meū Israhel, non adiciā vltra vt p̄transeā eum. Et stridebūt cardines templi in die
Amos. 8 illa. q. d. quia cardines ecclesiæ Romanæ sunt rubiginosi. Ideo subdit: Vidi dñm
Amos. 9 stāntem sup altare, & dixit: Percute cardinem & cōmoueant superliminaria, aua-
S. eo. §. 13 & ritia erūt in capite omnium & nouissimū eorū in gladio interficiam.
I. c. 20. §. 9 XVIII § Quidnam expedit tantam tpe nuper elapso esse electā multitu-
Deute. 30 dinem Cardinalium, qui omnem substantiā, qua reliquus clerus sustentari debe-
Distin. 9, dia ret, deuorant: & ita census ecclesiasticus ad cardines cœli dissipatur. Modo veri-
coni, ficat Hieronymi sententiā, Quod singuli superiores p̄ potentiam vendicant totū,
quod inferiorū clericorū est, ac in suos vsus redigunt. Mendicat infelix clericus, ser-
uili operi mancipatus, qui dum stipendia perdit, clamat ad dominum, & exaudit
à Christo. Nec differetur diuinæ vltionis sententiā si cardinales, bona pauperis cle-
ri defraudantes, non reddant vniuersa.

Gerson. de XIX § Gerson tandem exclamat: Quid utilitatis ecclesiæ confert tā ma-
sta. ec. gnifica principum gloria, tam superflua cardinalium pompa? Quæ vtiq; abomi-
natio, quod vnus ducenta, alter trecenta beneficia ecclesiastica occupat? Cultus
Tho. quod- in de diuinis diminuitur, ecclesiæ dilabuntur atq; bonis doctisq; viris priuantur,
li. 9, art. 15 monasteria & hospitalia de pauperantur, Christi fidelibus mala exempla præben-
tur. Ob talem enim causam, tum Romæ, tum alibi multa loca quondam religio-
sa, hodie deserta iacent. Id qd̄ miserabilius est, in monasterijs ac beneficijs per car-
dinales, ac aulicos occupatis, nil deo seruitur, nec populo proficitur: omnis illic di-
uinus labitur cultus, indigentiumq; profectus, adeo vt eorundem locorum pro-
fessis miserè exulantibus, administratio rerum ecclesiasticarum committitur lai-
cis, quibus nulla profus est cura, quomodo ibi viuatur, qualis disciplina aut regu-
la obseruetur: quando diuinum officium persoluatur, dūmodo suo domino com-
mendatori vel potius comestori pensio pinguis cedat. De eiusmodi ecclesiarum
Ozee. 6 commendatoribus Propheta dicit: Quasi fauces virorum latronum principes sa-
2. Esdræ. 2 cerdotum, in via interficientium pergentes de Sichem, quia scelus operati sunt.
Prouer. 28 In domo Israhel vidi horrendū, ibi fornicatiōes Ephraim, Ecce nouimus afflictio-
nem in qua sumus, quia Hierusalem est deserta, & eius portæ igne consumptæ.
Nam regnantibus impijs, ruinæ hominum.

Cath. Senē. XX § Venite igit & ædificemus muros Hierusalem, id est, clerū & popu-
oratiōe. 1. & lum ecclesiæ reformemus, atq; cum Catha. Senē. deum altissimū oremus, dicen-
3. & ofone. 11 tes: O domine, respice ad necessitatem ecclesiæ sponsæ tuæ, aperi oculū tui in ter-
& 14. & ora ris vicarij, & non propter se colat te, sed seipm̄ & te diligat propter te. Nam dum
tione, 22 te amat & se propter te, perimus nos miserè oues eius. At si amauerit te & se pro-
pter te, viuemus feliciter, à bono pastore exemplum vitæ recepturi. Fac deniq; vt
tuā voluntatem aspiciat, & operetur ne pereamus: crescat in gratia tua, vt sit for-
tis athleta in vexilli sanctæ crucis erectione: purifica eius cor, quo habeat deside-
rium reformandi ecclesiam membraq; illius deprauata. Rursus in eo ardeat desi-
derium honoris tui, & salutis ouium sibi commissarum. Nec acquiescat consilijs
carnis, sed boni spiritus. Reforma vitam suorum astantium, vt pote cardinalium,
vt sincero animo ac simplici corde tuam sequantur voluntatem. Illumina atque
robora pastorem, ministrosq; eius, vt recte consulant, & imitentur lumen verū,
quod eis infundere dignaberis.

¶ De excessibus Episcoporum.

Ca. XX.

Status